

## XXIX

discipuli si dilectione habueritis ad inuicem: nunc pro. Mandatum nouum do vobis ut diligatis inuicem. et hoc est preceptum meum ut diligatis inuicem. itaque oras unum eos forte sicut ipse et patrum sunt. Et vide si non ipse Paulus qui te ad charismata meliora inuitat inter cetera charitate in summo ponit. siue cum fide et spe dicit ea esse maiorem et supereminente scientie. siue cum enumeratis pluribus aut mirabilibus superne gratie donis. tandem ad supercellentioris via nos mittit. Daud aliam profecto illam quam charitatem diffinit. Denique quodam huic comparandum putat que ipsi profert martyrio ac fidei transferenti motes. Hoc igitur est quod dico. Par vobis a vobis sit par. et omne quod extrinsecus minari videtur non terret. quod non nocet. Nam e contrario quicquid foris blandiri apparet. nulla est profecto consolatio: si intus quod absit seminari um discordie germinauerit. Proinde dilectissimi pacem habete ad vos: et nolite ledere inuicem. Non factio. non verbo. non signo quilibet. et ne quis forte exacerbat et preoccupatus a pusillanimitate spiritus et tepestate deum interpellare cogat aduersus eos qui se lesit aut contristauerunt. et primum in verbum graue contingat. filii matris mee pugnauerunt contra me. Sic enim peccates in fratrem: in christum peccates qui ait. Quod vni eorum minimis meis fecistis: mihi fecistis. Nec cauendum a grauioribus tamen offensis. probi gratia. ab aperto conuictio seu maledictio. a clandestino quoque et venenato susurrio. Non inquam sufficiens custodia dicitur ab his et his similibus: cauenda sunt et leuia. Si tamen leue debeat dici quod cuius in fratrem presumptis voluntate lededi. cum hoc solo si irascens illi. diuini reus iudicij tenearis. Merito quod dem. Nam quod tu leue putas. et ob hoc leuissimum precipitas: plerumque aliter accipit. tanquam homo videns in facie et in facie iudicans parat festuca trabem suspicari et scintillam purare fornacem. Non enim est oium charitas illa que omnia credit. Proxi sunt autem sensus hominis et cogitationes ad malum potius suspicandum quam ad bonum credendum. profertim vbi disciplina silenti nec re quod in causa es excusare permittit: nec illi vulnere suspectis aperire quod patitur vt curet. Ita vult ille: et mortur clauso et letali vulnere: intra semetipsum gemens: dum totus in ira et discipulatioe positus: nil aliud silens versare in mente possit:

nisi iniuria quam accepit. Non potest orare. non potest legere. non sanctum aut spiritale aliquid meditari. Et ita intercepto vitali spiritu dum suis destituta alimentis vadit ad mortem animam. pro qua christus mortuus est. quod tu interim queso animi habes: Quid oratio tua aut operatio quodcumque interim feceris sapit tibi contra: quem nimis christus anxie clamat de peccatore fratris tui quem contristasti. filii inquam matris mee pugnat contra me. et qui simul mecum dulces capiebat cibos repleuit me amaritudine. Quod si dixeris illi non tam grauius inter pro tam leui causa debuisset turbari. Respondeo. Quatio leuior est. tanto a te leuius potuit non committi. quod nescio quomodo leuicas. vt iam dicit. quicquid amplius est quam trahit. cum vel hispium obnoxiu esse iudicio ex ore ipsius accepit iudicis. Quid enim? Tu ne leuideris in quo offendit christus. vnde ad dei iudicium praeberi habes. cum horredum sit incidere in manus dei viuere. Tu ergo accepta forte iniuria. quod quidem interdum non accedere in his reuocantibus difficile est: non continuo more seculari obliqua referre fratrem responsione festines: sed neque sub specie quasi corripiedi probo acuto et vincti transigere audeas vllatenus animam qua christus affigi cruci dignatus est. non grunnire quasi increpando: non labijs mullitare quasi murmurando. non narare contrahere aut cachinnare quasi sublanando. non fronte rugare quasi inuehendo aut comminando: Sane commotio tua ibi moriatur vbi oritur. nec permittatur exire que morte portat ne perimat vt dicere possis et tu cum propheta. turbatus sum et non sum locus. Quosdam aliter intellexi sentire istud. quasi de diabolo et angelis eius dicitur. quod cum fuerint et ipsi filii hierusalem illi quod sursum est mater nra ex quo lapsi sunt: non cessant fororem suam ecclesiam impugnare. Sed neque pretendo si quis usurpet. Hoc etiam in bonam significatorem finem quod spirituales qui sunt in ecclesia aduersus carnales fratres suos dimicant in gladio spiritus. quod est verbum dei. vulnerantes eos ad salutem: atque ad spiritualia istiusmodi impugnatoribus puehentes. Utinam corripiat me iustus in misericordia et increpet me: percutiens et sanans. occidens et viuificans. quo audeat ego dicere. viuo autem iam non ego: viuit vero in me christus. Esto inquit consentiens aduersario tuo dum es cum eo in via. ne tradat te iudicij. et in